

Epameinondasz jellemzése

Epaminondas, Thebanorum dux, erat modestus, prudens, gravis, temporibus sapienter utens; peritus belli, fortis manu, animo maximo; adeo veritatis diligens, ut ne ioco quidem mentiretur. Idem continens, clemens patiensque admirandum in modum, non solum populi, sed etiam amicorum ferens iniurias; ... et quod interdum non minus prodest quam diserte dicere, studiosus audiendi; ex hoc enim facillime disci arbitrabatur. Itaque cum in circulum venisset, in quo aut de re publica disputaretur aut de philosophia sermo haberetur, numquam inde prius discessit, quam ad finem sermo esset adductus. ...

Amicorum facultatibus nunquam ad suum commodum, sed ad alios sublevandos saepe sic usus est, ut iudicari possit omnia ei cum amicis fuisse communia.

(Cornelius Nepos: De viris illustribus, Epaminondas 3, 1-4)

temporibus sapienter utens „aki a megfelelő pillanatot okosan ki tudta használni”, „a kínálkozó alkalmat **mindig bölcsen meg tudta ragadni**”

peritus belli „hadviselésben tapasztalt”, „hadvezetésben jártas”

continens (-entis) mértéktartó, fegyelmezett, mértékletes

non solum populi, sed etiam amicorum ferens iniurias „nemcsak polgártársai részéről, de még barátai részéről is eltűrte a méltánytalanságokat”, „...az igazságtalan bánásmódot”

prodest prosum prodesse profui: hasznára van hasznos, használ

studiosus audiendi „szeretett meghallgatni másokat” (szó szerint: kedvelője a meghallgatásnak, gen. obi.)

sermo habetur „beszélgetés folyik”, „szó van valamiről” (de+abl.)

facultas –atis f anyagi lehetőség, vagyon